UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

9. Aprilis. 5. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

Visual Library

bujus tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt Caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, & loco, & tempore, ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat.

9. Aprilis. 5. Idus.

B. GUILIELME, ex ſtrenuo milite, ac opulentiſſimo domino Montis Peſſulani, humilis & pauper aſceta cœnobij Grandiſſilvæ in Vaſconia. Qui abjectis voluptatum irritamentis, tanta generoſitate animi fortiſſima Obedientiæ arma induiſti: ut vitæ rigore, ac humilitate, nulli eſſes omnino ſecundus; admirandus omnibus & charus; maximè melliſluo BERNARDO. Quem cùm in ſua Claravalle languentem inviſeres; atque ad propria remeaturus, non ſine vatidico quodam ſenſu triſtitiæ diſcederes; tanquam non ultrà illum inter mortales viſurus: hac te ſolicitudine liberaturus, promiſit: effecturum ſe, ut deſiderium tuum denuo in hac vita impleatur. Illa igitur nocte, quam pijſſimus Pater habuit in terris ultimam, te per viſum dulciter affatus, ad radices montis Libani deduxit:

Obijt anno 1157.

Charus S. Bernardo;

qui ei mortuus pri-

mo ap-paret.

duxit, ac poſt breve colloquium, in altum ſe libravit, te inter pias lacrymas ſpectante, ac præmonito, te paucis abinde annis ſecuturum. Quem quidem cœleſtis Libani aſcenſum in diſſitis Iberiæ oris inveniſti; in quas ad duo condenda monaſteria fueras deſtinatus. Glorioſam tui nominis memoriam nec ſera poſteritas ignorabit: cùm hoc præſenti ſæculo, poſt obitum tuum quinto, nemo ſit ex Imperatorum, Regum, ac Principum numero per univerſam, quà patet, Europam, qui ſuã ex ſanguine tuo ſtirpem non derivatam agnoſcat. Eant nunc monaſticæ continentiæ maſtyges, & aſſurgentia ex humilis Obedientiæ radice tot ſumma regnorum capita ſuſpiciant. *Etiam in meo corde planta, ô Beate, hanc obedientiæ ſanctæ radicem. Sterilis non erit, quin aliquos in me virtutum fructus germinet.*

Ex eo omnes Europę Principes originem trahũt.

S. BERNARDUS, ſer. 28. in Cant.

Obedientia.

Felix, cui Veritas atteſtatur, dicens: In auditu auris obedivit mihi. Dignus, qui videam: qui priuſquam videam, obediſſe invtniar. Securus videbo, ad quem me obedientiæ munus præceſſerit.

10. Apri.